

Leges und Ordnung des F.S. Gymnasii  
zu Coburgk.

1605

1

## LEGES SPECIALES PRO DOCENTIBUS

1

Director & collegae, qui in hoc Gymnasio docendi partes sustinent, scholarchis, quos habituri sunt, in omnibus, quae licita et honesta, morem lubentes volentesque gerant. Sunt enim vel optimi vel optimis proximi, qui aliorum monita ferre possunt.

2

In id incumbit unice, ut ipsos discipuli admirentur, vereantur ac diligant: quod pietate, moderatione, gravitate, humanitate & eruditione facillime consequentur. Nec enim oratio, sed mores discentes persuadent, & frustra sumunt operam, qui canes invitos venatum ducunt.

3

Collegae se invicem sincere ament, serio venerentur, benevole sublevent, nec alter alterius de auctoritate vel clam vel palam quidquam deterat, praesertim in discipulorum praesentia. Ecce quam bonum & iucundum fratres habitare in unum! & concordia parvae res crescunt, discordia maximae dilabuntur. Secus qui faciunt, audiant illud Aristidis, quo cum Themistocles similitates exercebat: Res Atheniensium, inquit ille, salvae esse non possunt, nisi nos ambos in barathrum coniecerint. De bonis tamen & immerentibus hoc dictum indictum esto.

4

Si quid tamen inter ipsos oriatur controversiae, quod vel a Directore vel a Scholarchis componi non possit, ad Illustrissimum Principem tota causa deferatur, qui hos nodos Gordios auctoritate sua facile secabit. Nec enim opus, ut bene moratis illa Graecorum lex occinatur: Aut bibe aut abi!

5

Directoris est, totius Gymnasii ephorum & inspectorem agere, & quid cum a collegis, tum a discipulis recte fiat aut perperam, attendere. Clementer & humaniter suos tractet collegas; sed ita tamen, ne suam prostituat auctoritatem aut publicas operas negligi sinat. Salus enim populi suprema lex esto, & auctoritas salutis est tutela.

---

**scholarcha** (gr.) Scholarch, Mitglied der Schulaufsichtsbehörde - **licitus** erlaubt  
**morem gerere alicui** sich jemandem fügen - **lubens** bereitwillig, gern  
**monita, -orum** Ermahnungen - **incumbere in id unice** besonderen Wert darauf legen  
**venatum** zum Jagen (Supin) - **invicem** gegenseitig - **sincere** aufrichtig (Adv.)  
**sublevo** (1) helfen - **secus** anders - **simultas** Feindschaft - **barathrum** (gr.) Abgrund  
**controversia** Streitigkeit - **nodi Gordii** die gordischen Knoten - **seco** (1) durchhauen  
**moratus** (wohl)gesittet - **occino** (3) warnend entgegenrufen - **ephorus** (gr.) Aufseher  
**inspector** Beobachter - **agere metaph.** (eine Rolle) spielen - **perperam** falsch, verkehrt  
**prostituo** (3) preisgeben - **tutela** der Schutz

## LEGES SPECIALES PRO DOCENTIBUS

Si quis eorum peccarit, primo solus solum ad mentem saniozem revocet. Tum minus obsequentem in collegarum praesentia amice & graviter castiget. Denique obstinatum ad scholarchas deferat. In ceteris aemuletur Themistoclem, qui socios patientia vincebat, hostes celeritate.

Non oderint discipulos, quorum a parentibus se laesos putant: nec iis perpetuo sint infesti, a quibus semel ad iram provocati sunt. Nec enim filius portabit iniquitatem patris. & solem occidentem placabilitate nostra semper antevertere debemus.

Quae docenda, probe meditata secum domo efferant: ne rudem & informem massam, instar ursarum, quod aiunt, effundant. Quod enim cito fit, cito perit; & canis, nimium festinans, caecos parit catulos.

Imprimis dent operam, ut ea tradant, quae simul & rerum copiam et dicendi facultatem discipulis exhibeant. Ad veram eruditionem utraque necessaria: sapientia & eloquentia:

*alterius sic  
altera poscit opem res, & coniurat amice.*

Curabunt, ut singuli discipulorum animum ad sibi convenientia appellent: hoc est, suae indoli & aetati, suisque fortunis & vitae, quam acturi sunt olim, consentanea. Ad poësin cogere ingenium, quod ἄμουσον, absurdum est. Ad physicorum & logicorum argutias nobilium & principum liberos, ineptum. Non tantum enim naturae semina, sed etiam *Fortunae sequitur munia quisque suae.*

---

**castigo** (1) rügen - **obstinatus** verstockt - **aemulor** (1) nachahmen - **provoco** (1) reizen  
**placabilitas** Versöhnlichkeit - **antevertor** (3) zuvorkommen - **meditatus** einstudiert  
**rudis**, -e roh - **informis**, -e formlos - **massa** Masse - **instar** (mit Genitiv) wie - **ursa** Bärin  
**caecus** blind - **catulus** Junges, Hündchen - **festino** (1) sich beeilen  
**animum appellere ad** sich zuwenden - **indoles**, -is Begabung - **consentaneus** vereinbar  
**poësis** (gr.) Dichtung - **ἄμουσον** unmusisch - **physicus** Physiker - **logicus** Philosoph  
**argutiae**, -arum Spitzfindigkeiten - **ineptus** unpassend, albern  
**munia**, -ium Pflichten

## LEGES SPECIALES PRO DOCENTIBUS

Quae docentur, honesta quadam voluptate condienda sunt, ut discentium animis suaviter influant.

*Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci.* (Hor. ars V. 343)

Hic vero cavenda levitas et scurrilitas. Manu serendum, non toto sacco: & semper ἐδέσματα plura sint, ἠδύσματα pauciora.

Praeceptores si adeantur, faciles & benevolos se praebeant consulentibus & interrogantibus. Musarum enim fores apertae sunt, non clausae; beneficae, non invidiae.

A discipulis ea, quae docuere, subinde repetant & reposcant. Nihil enim probe cognoscitur, nisi ea quotidie audiamus, dicamus, ad usum transferamus. Sic lapides guttularum lapsu cavantur & silices formicarum pedibus atteruntur.

Singulis mensibus disputatio habebitur unica & placida, de rebus scitu dignis; emendae veritatis, non captandae gloriolae causa. Ut enim ex conflictu silicis & chalybis ignis scintillae prosiliunt, ita veritas ex diversarum sententiarum collatione elicitur. Ferrum ferro acuitur, & homo exacuit faciem amici sui.

In exercitiis stili dent operam, ut scholastici Latinae & vernaculae orationi pariter assuescant; idque gentium vicinarum, quae politiores sunt & patrias excolunt linguas, exemplo. Latine vero loquantur, cum linguae discendae, tum frenandae garrulitatis ergo. Alias & hac in parte nobis patriae fumes alieno igne debet esse luculentior.

---

**condio** (4) würzen - **influere** einfließen - **omne tulit punctum** er findet allgemeinen Beifall  
**levitas, -atis** Leichtsinne – **scurrilitas, -atis** witziger Unfug - **sero** (3) säen – **saccus, -i** Sack  
**ἐδέσματα** die Speisen - **ἠδύσματα** die Gewürze – **praeceptor, -oris** Lehrer  
**facilis, -e** freundlich - **beneficus** wohlthätig, gefällig - **invidus** missgünstig, neidisch  
**subinde** immer wieder - **quotidie** täglich - **guttula** kleiner Tropfen - **cavo** (1) aushöhlen  
**silex, -icis** harter Stein, Kiesel - **formica** Ameise - **attero** (3) abnutzen, abreiben  
**disputatio, -onis** Disputation - **unicus** einzig - **scitu** zu wissen - **gloriola** ein bisschen Ruhm  
**conflictus, -us** Zusammenstoß - **chalybs, -ybis** (gr.) Stahl - **scintilla** Funke  
**collatio** Vergleich - **exacuo** (3) schärfen - **scholasticus** Schüler - **vernaculus** heimisch  
**politus** gebildet - **freno** (1) zügeln - **garrulitas** Geschwätzigkeit - **ergo** (mit Genitiv) wegen  
**fumus, -i** Rauch - **luculentus** hell

## LEGES SPECIALES PRO DOCENTIBUS

16

Iuventus scholastica ad pietatem & diligentiam laudibus, praemiis & honesta aemulatione potius excitanda quam increpationibus, minis & poenis impellenda. Phryges enim & asini plagis emendantur. Saepe tamen crudelem medicum intemperans aeger facit.

17

Internoscenda sunt ingenia, quae frenis indigeant, quae calcaribus, quae verbis benignioribus, quae obiurgationibus & censuris gravioribus contineri velint. Haec qui disparare non potest, sub idem iugum equos & asinos mittit et

*Nil profecturis littora bobus arat.*

18

Qui levius peccarunt, verbis castigentur; qui gravius, carcere plectantur; qui gravissime, abire iubeantur. Unius pecudis contagione totus grex inficitur:

*Uvaeque livorem vicina ducit ab uva.*

19

Qui poenam sunt commeriti, si carcerem velint evadere, declamitent aut disputent aut aliud quippiam rei necessariae discant. Haec poena salutaris est & prope optabilis, nec benevoli trucidatoris, sed castigatoris amicissimi.

20

Quae feriae docentibus & discentibus permittendae sint, scholarcharum erit dispicere. *Quo enim caret alternā requie, durable non est.*

**iuventus scholastica** die Schuljugend - **aemulatio** Wetteifer - **increpatio** Beschimpfung  
**minae, -arum** Drohungen - **Phryges**: Die Phryger galten in der Antike als träge und dumm.  
**asinus** Esel - **plaga** (gr.) Schlag - **emendo** (1) (ver)bessern - **intemperans** maßlos  
**internosco** (3) unterscheiden - **frenum** Zügel - **calcar, -aris** Sporn - **obiurgatio** Tadel  
**censura** hier: Bestrafung - **disparare** trennen - **iugum** Joch - **littora**: Plur. von litus = litora  
**castigare** strafen - **carcer** Karzer - **contagio** Ansteckung - **grex** Herde - **inficere** vergiften  
**uva** Traube, Weinstock – **livor, -oris** bleiartige Farbe; wohl Mehltau  
**commereri** (2) verdienen - **declamitare** eine Rede vortragen - **quippiam** irgend etwas  
**salutaris, -e** heilsam - **optabilis, -e** wünschenswert - **benevolus** wohlwollend  
**trucidator** Schlächter; jemand, der brutal straft - **castigator** Tadler  
**scholarcha, -ae**: Vgl. die Anmerkung zu 1! - **dispicere** (3) erwägen, bedenken  
**quo** = quod (Relativpronomen) - **alternus** abwechselnd - **requies, -etis** Ruhe, Erholung  
**durabilis, -e** dauerhaft

## PRO DISCENTIBUS

21

Qui peregre advenerint, sua apud directorem nomina profiteantur & testimonia ante actae vitae, si quidem iis opus, exhibeant. Tum eorum profectus explorentur, ut constet, an in classibus an inter publicos locum habere debeant. Sua enim statio cuique assignanda. In numerum vero publicorum auditorum illi recipiantur, qui artes percepere logicas, quā praecepta, quā usum; & non congruē tantum, sed etiam Latinē loqui didicerunt; nec non in Graecis aliquantō longius proveci sunt. Tirones hunc in ordinem cooptare est aviculas implumes suis e nidulis eicere. *Ludere qui nescit campesribus abstinet armis.* (Hor.)

22

Ministros ecclesiarum, omnem aulam Illustrissimi Principis, cives, matronae & virgines honestas debito honore afficiant, caput aperiant, loco cedant, venientibus assurgant & ita se non tantum in litteris, sed etiam in moribus praeclaros fecisse progressus demonstrant. Hoc sensu honor vere honorantis potius est quam honorati.

23

Caveant sibi a pravis sodalitiis, quae rectissima ingenia detorquent. Qui enim cum claudo habitat, subclaudicare discit. Et corrumpunt bonos mores pravae conversationes.

24

Pudor & verecundia maxime commendat aetatem iuvenilem & quidem hic metus infamiae impedimentum et custos omnium est virtutum. Is autem perit, cui perit pudor.

25

A spurcis & obscaenis colloquiis penitus absteant. Quae enim quis loqui non veretur, ea parum abest, quin perpetrare audeat.

---

**peregre** (Adv.) aus der Fremde - **testimonium** Zeugnis - **profectus, -us** Fortschritt  
**classis, -is** die Klasse; die Schüler der Unterstufe, des Paedagogium, wurden in Klassen unterrichtet; die Schüler der Oberstufe hießen **publici**, weil sie öffentliche Vorlesungen hörten.  
**assignare** zuweisen – **statio, ionis** Platz, Stellung - **praeceptum** Vorschrift  
**qua ... qua** sowohl ... als auch - **congrue** angemessen - **tiro** Anfänger - **cooptare** aufnehmen  
**avicula** Vögelchen - **implumis, -e** ohne Federn - **nidulus** kleines Nest  
**ecclesia** Kirche - **aula** der Hof - **illustrissimus** der erlauchtete  
**assurgere** (3) mit Dativ: vor jemandem aufstehen - **progressus, -us** Fortschritt  
**pravus, -a, -um** verkehrt, schlecht - **sodalitium** Gesellschaft - **detorquere** (2) verkrüppeln  
**claudus** der Hinkende - **subclaudicare** ein wenig hinken - **conversatio** - Verkehr, Umgang  
**commendare** (1) empfehlen - **impedimentum** Hindernis - **spurcus, -a, -um** schmutzig  
**obscaenus, -a, -um** gemein - **penitus** (Adv.) völlig - **perpetrare** vollbringen, tun

## PRO DISCENTIBUS

26

Nihil molestiae suis hospitibus exhibeant: habitationes non reddant deteriores: quidquid debuerint, bona fide solvant. Non de nihilo veteres olim ius hospitiorum sacrosanctum esse voluerunt. Et quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.

27

In vestitu non luxurient & lasciviant. Antias & capronas seu horridum & deforme capillitium non alant. Dolosi enim hominis dolosa vestimenta: & cultus monstrosus corporis animi monstrosi est indicium.

28

Conventicula suspecta & occulta gurgustia, quae velut Sirenum cantus imperitos adolescentes alliciunt & misere perdunt, tollantur oportet. *Fistulā dulce canit, volucrum dum decipit auceps.* (Dicta Catonis 1,27) Sed vitare peccatum est vitare occasionem peccandi.

29

Homines plebeios non despiciant nec ludibrio habeant nec verborum contumelia aut ullis iniuriis lacessant, ne audire cogantur hospites ingrati & cum dedecore sibi damnum sibi accersant. Ut enim quisque sementem fecerit, ita metet. (Cic. de or. 2,261)

30

Simultates, inimicitiae, calumniae, maledicta, rixae procul a coetu scholastico ad Cyclopas & Centauros ablegentur. Quidquid canis in balneo? Quid Eris in Musarum contubernio?

---

**pudor, -oris** Scham - **verecundia** Ehrfurcht - **iuvenilis, -e** jugendlich - **infamia** Schande  
**impedimentum, -i** Hindernis - **commendare** (1) empfehlen - **spurcus, -a, -um** schweinisch  
**parum abest, quin** „bald“ - **perpetrare** (1) in die Tat umsetzen - **hospes** Vermieter  
**habitatio, -onis** Zimmer - **bona fide** ehrlich - **sacrosanctus** hochheilig - **luxuriare** (1) über die Stränge schlagen - **lascivire** (4) übermütig sein - **antiae, -arum** (gr.) Haarsträhnen, die, nach vorne gekämmt, in die Stirne fallen - **capronae, -arum** lange Haare, die von den Schläfen auf die Backen herunterhängen - **capillitium** Mähne - **horridus** struppig - **deformis, -e** hässlich- **alere** sich wachsen lassen - **dolosus** trügerisch, täuschend - **monstrosus** unnatürlich, ungeheuerlich, abscheulich - **conventiculum, -i** Verein, Versammlungsort- **gurgustium** dunkle Hütte, finstere Kneipe - **fistula** Flöte - **canere** (3) spielen - **volucris, -is** Vogel  
**auceps, -ipis** Vogelfänger - **despicere** (3) verachten - **ludibrio habere aliquem** jmd. ver-spotten - **accersere** Nebenform von **arcessere** - **sementis, -is** Saat - **metere** (3) ernten  
**simultas, -atis** Eifersucht- **calumnia** Intrige - **rixa** Streit - **coetus scholasticus** Schulgemeinschaft - **ablegare** entfernen, wegschaffen **balneum** Bad - **Eris** (gr.) Göttin des Streits  
**contubernium Musarum** Sitz der Wissenschaften

## PRO DISCENTIBUS

31

Gladiis non accingantur nec aliis armorum generibus. Cum enim Romae quondam, in illa populari libertate, nemini cum telo & gladio versari licet, & si quis contra fecisset, capitalis fraus esset, quanto minus in hoc pietatis & bonarum litterarum hospitio id ferendum? Studiosorum arma sunt non pugiones, sicae, gladii, sed charta, stylus, libri.

32

Provocationes omnes poenis gravissimis coercebuntur. Caedibus & vulneribus qui delectantur, in hostes nominis Christiani eant. Hic Rhodus, hic salta.

33

Qui noctu per vias publicas discurrunt & tumultuantur a nocturnis excubiis intercepti Directori sistantur, ut sine mora poenas luant. Scholasticos enim apiculas oportet esse, non crabrones improbos & νυκτικόρακας maleficos. Et qui fecerit τὰ μὴ καλά, ferat τὰ μὴ φίλα.

34

Suis in studiis eo, quem praeceptores designarunt, ordine pergant & contra difficultates omnes audacter eant. *Urticam si cunctanter attingas, urit; sin fortiter premas, hebescit.*

35

Non tam chartae quam memoriae inscribant, quae discenda, ne amissis libellis iacturam omnis eruditionis faciant & domum vacui, post decimum annum, revertantur. *Tantum enim quisque scit, quantum memoria tenet.*

36

Intempestivis lucubrationibus & vigiliis se ipsos non macerent & conficiant. Ita discendum, ut diu discere, ita laborandum, ut diu laborare, ita vivendum, ut diu vivere possimus.

---

**contubernium** gemeinsame Wohnung - **accingere** (3) umgürten - **capitalis fraus** todeswürdiges Verbrechen - **pugio, -ionis** - das Stilet - **sica** Dolch - **charta** Papier - **provocatio** die Herausforderung - **nomen Christianum** Christenheit **excubiae, -arum** Wachtposten - **intercipere** (3) aufgreifen - **sistere** (3) überstellen - **apicula** Bienchen - **crabro** Hornisse - **νυκτικόρακας** Nachtraben (Akk. Plur.) - **Et qui fecerit ...** Übers.: Und wer tut, was nicht schön ist, soll ertragen, was ihm nicht lieb ist. - **designare** bezeichnen, anordnen - **urtica** Brennnessel **cunctanter** (Adv.) zögerlich - **hebescere** (3) stumpf werden, erlahmen **intempestivus** unzeitig - **lucubratio** Nacharbeit - **macerare** quälen



LEGES PRO ALUMNIS  
 CONVICTORII IN ILLUSTRIS  
 GYMNASIO CASIMIRIANO; QUOD  
 EST COBURGI

37

Habitationum parietes non perfodiant. Non comminuant fenestras nec fornaces diffingant aut quidquam dent alterius damni. Sed omnia, uti acceperunt, ita relinquant. Quicquid igitur corruperunt, suis sumptibus resarciri curent.

38

E cubilibus suis omnes sordes & quisquillas egerant & destinatum ad locum deferant. Eadem nec aspergine lotii nec aliis excrementis foedent. Nec iniquis ferent animis, si inspectorem & famulum communem, quibus haec ephoria demandabitur, intromittere iubeantur.

Nachtrag zu den LEGES SPECIALES PRO DOCENTIBUS

39

Invitent adolescentes ad consuetudinem Pythagoricam, ut vesperi quietem capturi secum ordine diem elapsam remetiantur & in memoriam sibi redigant, quid audiverint, legerint, scripserint, dixerint, fecerint. Ita pietas & poenitentia fovebitur, & simul firmiter in animis habebunt ea, quae aliis commentationibus non turbantur. Hoc ipsum est ex una fidelia duos parietes dealbare & unius sationis messem geminam demetere.

---

**habitatio** Zimmer - **paries, -etis** Wand - **perfodere** (3) durchbohren - **fenestra** Fenster  
**comminuere** (3) zerschlagen - **fornax, -acis** Ofen - **diffingere** (3) zerbrechen  
**sumptus, -us** Kosten - **resarcire** (4) wieder ausbessern - **cubile, -is** Schlafkammer  
**sordes, -is** Schmutz (oft Plural) - **quisquillae, -arum** Abfall, Kehrlicht  
**aspergo, -inis** das Spritzen - **lotium, -ii** Urin - **excrementum, -i** Ausscheidung, Exkrement  
**famulus, -i** Diener - **ephoria** (gr.) Aufsicht - **demandare** anvertrauen  
**remetiri** (4) wieder überdenken – **poenitentia** Nebenform von **paenitentia** Reue, Bedauern  
**fovere** (2) pflegen, fördern - **commentatio** sorgfältiges Überdenken, Studium  
**fidelia, -ae** Tünchtopf - **dealbare** (1) (weiß) tünchen - **satio, -ionis** Saat(gut)  
**messis, -is** Ernteertrag - **geminus, -a, -um** doppelt





